

[IV p 1]

HEC CUM PHILOSOPHIA prosa<sup>1</sup> prima libri quarti.<sup>1</sup> Supra libro primo prosa sexta Philosophia investigando radicem et causam tribulacionis Boecii hoc conclusit, scilicet quod Boecius ex ignorantia finis rerum malos homines potentes bonos vero importentes reputabat. Item quia ignorabat quibus gubernaculis mundus regebatur,<sup>2</sup> fortunarum vices sine rectore fluitare estimabat. Quia vero ostendit Philosophia iam in tercio libro prosa xi, quis sit finis rerum et prosa xii quibus gubernaculis mundus regatur,<sup>3</sup> in hoc quarto libro excludit Philosophia inconyeniencia in que<sup>4</sup> ex ignorantia premissorum Boecius incidit. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quomodo ad tractandum de ista materia Philosophiam<sup>5</sup> excitavit. Secundo<sup>6</sup> pertractacionem istius materie ponit prosa secunda ibi (1) TUM EGO. Circa primum duo facit. Primo ostendit quomodo istam materiam introducendo intencionem Philosophie interruptit, secundo quomodo Philosophia ad suam intencionem rediit ibi (31) ET QUONIAM

---

1 prosa prima libri quarti JORD liber quartus continens prosas 7 et metra 7 G liber quartus continens prosas 12 et metra xii Pe /

2 regebatur RPO regebat J / 3 regatur DPPeG regitur J regebatur OR /

4 que OPD quo GPe qua JR / 5 philosophiam JORD eum philosophia PPeG /

6 secundo RPO secundam J /

VERE. Circa primum tria facit. Primo ostendit quomodo intencionem Philosophie interruptit, secundo quomodo materiam istam introduxit ibi (4) ET O, INQUAM, tercio quomodo Philosophia istius materie pertractacionem promisit ibi (20) TUM ILLA: ET ESSET. Circa primum considerandum quod, cum iam ostendisset Philosophia quid esset <sup>u</sup>verum bonum et in quo situm et exhortacionem fecisset ad illud querendum, et intendebat eciam ostendere modum quo ad illud <sup>u</sup>peryeniret. Sed antequam complere posset istam intencionem Boecius <sup>u</sup>velut <sup>u</sup>avidus ad sciendum quedam quorum ignorancia ipsum adhuc in merore detinebat ista proponit. Ostendit ergo primo quomodo intencionem Philosophie interruptit dicens (1) CUM PHILOSOPHIA CECINISSET id est metrico sermone locuta esset LEVITER quia rethorico ornatu SUAVITERQUE quia musica modulacione HEC<sup>7</sup> id est hanc exhortacionem sub integumento proposuisset<sup>8</sup> SERVATA DIGNITATE VULTUS<sup>9</sup> ET ORIS GRAVITATE<sup>10</sup> quia non ad<sup>11</sup> delectacionem que<sup>11</sup> <sup>u</sup>risu <sup>u</sup>vultus maturitatem dissolyit hanc fabulam solum finxit sed usa est ea ad insinuandam<sup>12</sup> sapienciam sicut et Plato in Tyme<sup>13</sup> approbat quasdam fabulas. Ad quas discernendum quomodo ad

---

7 hec JORD om. PPeG / 8 proposuisset PPeG om. JORD / 9 <sup>u</sup>vultus RPO  
<sup>u</sup>vultis J / 10 gravite J / 11 ad delectacionem que R (quo P) PGO  
delectacionemque J / 12 insinuandam ROD insinuandum PPeG insinuatam  
J / 13 timeo (thymeo etc.) RPPeGOD tyme therio J /

ad philosophos quomodo ad poetas spectant instruit Macrobius  
 super sompnum<sup>14</sup> Scipionis libro primo dans fabularum talem  
 divisionem. Fabule enim quedam sunt ad solam delectacionem,  
 cuiusmodi sunt comedie quales Menander siue Terencius scripsit  
 et hee ad philosophos non spectant. Quedam vero sunt ad  
 exhortacionem et harum genus est duplex. Quedam enim de re ficta  
 fecte narrantur sicut sunt fabule Esope et Aiyani<sup>15</sup> et nec hee  
 ad philosophos spectant. Quedam vero sunt de re vera sed per  
 quedam ficta narrata. De harum numero dicit Macrobius esse fabulam  
 de Orpheo. Huiusmodi autem dicit non proprie fabulas sed  
 narraciones fabulosas vocari. Et istarum adhuc est duplex genus  
 eo quod quedam narrantur per turpia et obscena et hee a philosophis  
 respuuntur, quales tamen poete frequenter narrant, ut patet in  
 Ouidio; quedam per verba honesta et hee<sup>16</sup> sunt proprie philosophorum.  
 Et sic est Platonis fabula fingendo quendam militem Er<sup>17</sup> nomine  
 surrexisse a mortuis et narrasse multa de immortalitate anime.  
 Et similiter Tullius finxit Scipionem sompniasse de immortalitate  
 anime quam plurima. (2) TUM EGO NONDUM PENITUS OBLITUS<sup>18</sup> INSITI  
 MERORIS scilicet mei ABRUPI INTENCIONEM scilicet Philosophie

-----  
 14 sompnum RO sompnum PeG septimus J / 15 ayiani RPeGO om. P  
 ayia J / 16 hee RPO om. J / 17 er O her J 'r' D ex PPeGR /  
 18 oblitus insiti meroris D om. PPeGJOR /

PARANTIS id est intendentis AD HUC ALIQUID DICERE scilicet informando quomodo ad illud de quo locuta est posset homo pervenire. Deinde cum dicit (4) Et O, INQUAM mox materiam pro qua introducenda intencionem Philosophie abruptit. Et primo commendat ea que a Philosophia iam dicta sunt dicens O, INQUAM id est dixi 'o' PREVIA VERI LUMINIS quia per philosophiam tanquam previam pervenit homo ad cognitionem veri luminis quod Deus est QUE TUA ORATIO FUDIT USQUE ADHUC CUM SUI SPECULACIONE DIVINA quia de Deo tractavit TUM INVICTA id est insolubilia PATUERUNT RACIONIBUS TUIS scilicet quia demonstrative conclusit EAQUE ETSI<sup>19</sup> id est quamvis NUPER OBLITA OB DOLOREM INIURIE scilicet quam sustineo<sup>20</sup> NON TAMEN ANTEHAC PRORSUS MIHI IGNORATA DIXISTI. Secundo cum dicit (9) SED EA introducit materiam quam<sup>21</sup> intendit dicens SED EA IPSA EST CAUSA NOSTRI MERORIS VEL id est saltem MAXIMA,<sup>22</sup> QUOD CUM RECTOR RERUM BONUS EXISTAT VEL ESSE OMNINO<sup>23</sup> MALA POSSUNT VEL PRETEREUNT IMPUNITA; QUOD SOLUM scilicet dato quod nullum<sup>24</sup> aliud inconyeniens esset nec sequeretur<sup>25</sup> QUANTA SIT DIGNUM ADMIRACIONE PROPECTO id est certe CONSIDERA. Et cum

-----  
 19 etsi RPO et J / 20 sustineo JORD sustines PPeG / 21 quam PeG om. P de qua JORD / 22 maxima RPO misericordia (?) (mria) J / 23 omnino JRD omnia PG / 24 nullum JORD verum PPeG / 25 esset nec sequeretur JOD sequeretur PPeGR /

istud inconyeniens non est solum (13) AT pro set HUIC ADIUNGITUR  
 ALIUD MAGIS scilicet admirandum. (14) NAM IMPERANTE FLORENTEQUE  
 NEQUICIA id est imperantibus<sup>26</sup> et florentibus iniquis VIRTUS NON  
 SOLUM CARET PREMIIS VERUM ECIAM<sup>27</sup> CALCATUR SUBIECTA PEDIBUS  
 SCELERATORUM id est virtuosu non solum carent premiis sed eciam  
 a sceleratis deprimuntur et tanquam facinorosi puniuntur unde  
 subdit ET LUIT scilicet virtus SUPPLICIA IN LOCUM FACINORUM et  
 loquitur emphatice ponendo abstractum pro concreto. (17) QUOD  
 FIERI IN REGNO SCIENTIS OMNIA POTENTIS OMNIA SED TANTUM MODO BONA  
 VOLENTIS<sup>28</sup> DEI NEMO POTEST SATIS NEC ADMIRARI NEC CONQUERI. Deinde  
 cum dicit (20) TUM ILLA ostendit quomodo Philosophia se istam  
 materiam discussuram promittit. Et circa hoc duo facit. Primo  
 enim dicit Philosophia quod monstruosum esset<sup>29</sup> si ita esset ut  
 Boecius estimavit. Secundo promittit ex precedentibus se  
 ostensuram ita non esse ibi (23) SED NON ITA EST. Dicit ergo  
 primo (20) TUM ILLA scilicet Philosophia INQUIT, ET ESSET INFINITI  
 STUPORIS HORRIBILIUSQUE OMNIBUS<sup>30</sup> MONSTRIS SI IN DISPOSITISSIMA  
 DOMO id est familia TANTI VELUTI PATRIS FAMILIAS scilicet Dei:

---

-----  
 26 imperantibus JORD imperatoribus PPeG / 27 eciam RPO et J /  
 28 RD voluntas PPeG voluntatis J uo. 0 / 29 esset RPeG  
 esse J / 30 horribiliusque omnibus PPeG horribilius omnibusque JO  
 horribilius omnibus RD /

ornat dictum suum similitudine sumpta ab apostolo (ad Romanos 9)<sup>31</sup>  
 COLERENTUR, id est in honore haberentur VASA VILIA id est homines  
 mali PRECIOSA id est homines <sup>u</sup>virtuosi SORDESCERENT. Deinde cum  
 dicit (23) SED NON EST ITA, Promittit Philosophia se loco suo  
 ostensuram quod non ita sit dicens SED NON EST ITA scilicet sicut  
 tu estimas. (24) NAM AUCTORE IPSO<sup>32</sup> scilicet Deo<sup>32</sup> DE CUIUS  
 REGNO NUNC LOQUIMUR SI SERVANTUR INCONVULSA<sup>33</sup> EA QUE PAULO ANTE  
 scilicet in libro tercio SUNT CONCLUSA COGNOSCES SEMPER POTENTES  
 QUIDEM ESSE BONOS MALOS VERO ABIECTOS SEMPER ATQUE IMBECILLES NEC  
 UNQUAM SINE PENA ESSE VICIA NEC SINE PREMIO VIRTUTES, BONIS  
 FELICIA MALIS SEMPER INFORTUNIA CONTINGERE<sup>34</sup> MULTAQUE ID GENUS  
 id est multa huiusmodi et consimilia QUE CORROBERENT TE FIRMA  
 SOLIDITATE scilicet contra fortune ad<sup>u</sup>versitatem SOPITIS QUERELIS  
 scilicet quod non erit unde possis<sup>35</sup> conqueri. Deinde cum dicit  
 (31) ET QUONIAM VERE FORMAM ostendit quomodo Philosophia redit ad  
 intencionem suam. Et circa hoc duo facit. Intencio enim sua est,  
 ut<sup>36</sup> patet ex dictis, ostendere Boecio <sup>u</sup>viam per quam <sup>u</sup>veniat ad  
 summum bonum. Unde primo dat causam quare hoc <sup>u</sup>vult facere et<sup>37</sup>  
 modum quo <sup>u</sup>vult hoc facere.<sup>37</sup> Secundo ostendit Boecio <sup>u</sup>viam

---

-----  
 31 Rom. 9 JRD cum PPeG 7 0 / 32 ipso scilicet deo JORD deo PPeG /  
 33 inconvulsa RPD in similia PeG in commisa J in con. 0 /  
 34 contingere RPO contigere J / 35 possis PPeG possit JR posset 0 /  
 36 ut ut J / 37 et modum quo vult hoc facere JO et modum quo PPeG  
 om. RD /

quomodo per<sup>u</sup>veniat ad summum bonum metro primo ibi SUNT ETENIM.  
 Dicit ergo (31) ET QUONIAM DUDUM scilicet in libro tercio  
 VIDISTI FORMAM VERE BEATITUDINIS ME MONSTRANTE<sup>38</sup> scilicet prosa  
 nona QUO ECIA<sup>u</sup>M SITA SIT AGNOVISTI<sup>39</sup> prosa decima DECURSIS<sup>40</sup>  
 OMNIBUS id est pertractatis omnibus QUE PREM<sup>u</sup>ITTERE<sup>41</sup> NECESSARIUM  
 PUTO, OSTENDAM TIBI VIAM QUE TE DOMUM id est ad cognitionem  
<sup>u</sup> vere beatitudinis REVEHAT quia <sup>u</sup> videtur consequenter se habere  
 ad ea que premissa sunt. Et assignat modum quo hoc faciet et  
 ornat doctrinam suam similitudine <sup>u</sup> avis que <sup>u</sup> volando ascendit  
 auxilio pennarum. Unde dicit (35) TUE ECIA<sup>u</sup>M MENTI AFFIGAM  
 PENNAS id est rationes QUIBUS SE POSSIT IN ALTUM TOLLERE, UT  
 DEPULSA PERTURBACIONE scilicet que iam tibi contigit ex affectu  
 bonorum temporalium REVERTARIS SOSPES IN PATRIAM MEO DUCTU  
 ab impedi<sup>u</sup>entibus te defendente MEA SEMITA<sup>42</sup> scilicet ab errore  
 te custodi<sup>u</sup>ente MEIS ECIA<sup>u</sup>M VEHICULIS scilicet tuam imbecillitatem  
 supportantibus.

---

-----  
 38 monstrante JORD monstrasse P monstrare PeG / 39 agno<sup>u</sup>visti  
 (agnosti J) JORD cogno<sup>u</sup>visti PPeG / 40 de<sup>u</sup>ccis J / 41 premittere  
JORD pretermitttere PPeG /